

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti**

**Gellius, Aulus**

**Venetiis, 1515**

Widmung

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-724024)

IOANNES BAPTISTA EGNA-  
TIVS VENETVS ANTO-  
NIO MARSILIO VE-  
NETO RARAE PRO-  
BITATIS AMI-  
CO. S. P. D.

*Optima, inquit Pindarus, est aqua: sed aurum, ut ignis, noctu candens, caeteris opibus anteferri debet. Ille uero ingenio suo forsitan indulgens hoc dixerit: mihi longe melior, ac probabilior ea uisa sententia: quae amicitiam, ut rerum omnium optimam, caeteris anteferendam rebus existimat. qua nihil homini ab immortalibus Dijs dari melius, excepta sapientia, potuit. Itaque non aqua, non igni, non aere, pluribus in locis nos uti quam amicitia, recte dictum est. Quae si perfecta ulla est, et rerum omnium inter paucos cum summa charitate consensus: quid ipsa praestabilius, aut optatius hominum uitae esse possit: non uideo. Id ego, quam uere dictum sit, quamque ad humanae uitae usum accommodate: ex quo te mihi uirtus quaedam egregia tua conciliauit: meque tibi uicissim nonnulla fortasse probitatis, atque eruditionis opinio de me: uix explicare tibi habeam, quantos ego fructus ex amicitia, beneuolentiaque tua perceperim: quam iucunda consuetudo, et optata mihi semper fuerit tua. neque solum id ego sentio: sed Academici plane omnes nostri fatentur: Quibus nihil esse gratum, iucundum ue potest: nisi Marsiliana illa gratia, ac candor accesserit. Quare letari admodum,*

**EX BIBLIOTHECA  
OLDENBURGENSI.**

ac gaudere etiam, atq; etiam debes: quod præter in-  
gens in literis studium, & præter alia uirtutis orna-  
menta, quæ in te non pauca elucent: adeo sis omni-  
bus gratus, & iucundus: ut certatim te omnes co-  
lant, & ament. Tu contra, amicitiam adeo sancte, a-  
deo pure cum multis colas: ut, quod difficillimum  
semper est habitum, multorum scilicet amicitiam in  
te gre colere: tu certe id nõ prudenter solum, sed cum  
summa omnium gratia præstes. Qua in sententia  
uti semper esse uelis, hortarer ego te plane, nisi iam et  
meditatione quadam assidua, & usu id ita asse-  
tus esses: ut profecturum te in dies sperare nobis lice-  
at: quousq; tu posteris exemplum constantissimæ a-  
micitia relinquas. Ego uero, quando tuam hanc ani-  
mi in me propensionem non aliter promereri nunc  
possum: statui tibi gellianas noctes esse dicandas: quas  
ego exactiore cura recognitas, quantum est datum  
otij per alias occupationes meas: in Aldina olim of-  
ficina imprimendas curavi: ut quæ castigatissimæ  
industria nostra redditæ erant: haberent etiã man-  
cipem omnium & accuratissimum, & ad hanc ar-  
tem instructissimum. Tu bene Vale, ac salue.

AA 2



Index eorum, quæ notatu	Adhæse loqui.	80
digna in hisce noctibus ui	Adoptatio per prætorem.	
sa sunt.	88	
Bdera Democri	Adoptiuus.	88
a ti oppidum.	Adoptator.	87
char.	133 Adfabre.	108
Ablunium.	77 Admodum.	108
Abstemiæ mulieres.	146 Adprobe.	108
Acerbitas.	176 Adprimus.	108
Acentus.	177 Adprime.	108
Achæi ad pugnam tacti.	Adprobus.	108
II	Adprimum.	108
Achilles Romanus.	30 Ad domum.	161
Acinus quod ticius prouer-	Aduerbia in im.	174
bium.	59 Adlegatus.	187
Acta larentia.	94 Adulterio	118
Acinû neutri generis.	117 Adulteritas.	118
Acina ebriosa.	117 Adnotamenta.	237
Actito uerbum frequenta	Aedes sacræ non oës sunt	
tium.	123 templa.	207
Accij responsio ad Pacui-	Aegyptiorum laus.	160
um.	175 Aegles Croesi filius mutus.	
Acerbitudo.	176 80	
Acritudo.	176 Aetates tres.	149
Acritas.	176 Aedepol muliebri iura-	
Adamussum iudicium.	6 mentum.	163
Adagium de Laide.	8 Aenigma.	168
Adesse, & superesse	19 Aeditimus.	170
Admirationem silentium	Aedituentes.	170
parere.	76 Aere fulua.	187